passi sunt, inde pietatis lucrum merentur. Quatuor
modis peccatum perpetratur. Moralium libro IIII°

Quatuor modis peccatum perpetratur in corde, quatuor
consummatur in opere. In corde namque suggestione,
delectatione, consensu, defensionis audacia per-
petratur. Fit enim suggestio per adversarium, delectatio per
carnem, consensus per spiritum, defensionis audacia per
elationem. Culpa enim que terrere mentem debuit
extollit, et deiciendo elevat, sed tamen gravius elevando
supplantat, quia unde se quo peccando ambulare
distinguitur, eo in ruine sue audacia nequius obduratur.
Eisdem etiam modis quatuor peccatum consummatur in opere. Prius
namque latens culpa agitur; postmodum vero etiam
ante oculos hominum sine confusione reatus aperitur; dehinc et
in consuetudinem ducitur; ad extremum quoque vel false spei seductionibus
vel obstinatione misere desperationis enutritur. Dum enim
perdita culpa in usum ... sive vel falsa spe
divine misericordie vel aperta miseria desperationis pascitur,
vitio ad correptionem nequaquam redditur, quo ut ad penitentiam
suam per se inordinate suadet, vel confitetur in ordinate
formidat. Cum culpa in usum inclinat, etiam animus
ipse appetat debilius resistit, quia quot vitiabilis prave
frequentatione astringitur, quasi tot vinculis ad mentem ligatur.
Unde fit ut cum ... animus solum ... valet, ad quandam
se perniciosam false excusationis inclinet, inclinet quoniam bene
uti iudice tantum se ... ne pendeat, ut eos etiam quos
arguendos invenit, penitus non offendat. Cum vero hoc
deterius accedit, quod et multorum favorum lingua consentit,
cum multi eius in multa gesta laudibus exaggerant,
unde fit ut incessanter crescat culpa favoribus nu-
trita, quatenus ... velimus negligere quod dignum penitus
laudis videtur. Aliquando cum falsa spes mentem non in-
tegre aperit, sed durior desperatio confingit, que omnem spem
venie funditus interimit. Peccata aut ignorantia
aut infirmitate aut studio perpetrantur. Moralium libro xxv°

Sciendumque peccatum tribus modis admittitur:
aut ignorantia, aut infirmitate, aut studio per-
petratur. Et gravius quidem infirmitate quam ignorantia.

sed multo magis studio quam infirmitate peccatur. Igno-
rantia Paulus peccavit, ut cum diceret: qui prius
fui blasphemus et persecutor et contumeliosus, sed misericordiam
consecutus sum quia ignorans feci in incredulitate.
Petrus vero infirmitate peccavit, qui omne quod pre-
dicabat fidei quod Domino prohibuit, una voce puelle co-
cussit, et Deum quem corde tenuit voce negavit. Sed quia
infirmitatis culpa vel ignorantia [illegible] facilius tergitur
quam quod studio perpetratur, Paulus qui ignorans persequendo
cucurrit, et Petrus nimia [illegible] ascendendo [illegible]
tem iam [illegible] fidei [illegible] negando [illegible]
Exprimit [illegible] de quibus [illegible]
[illegible] dicebat: si non venissem et eis locutus fuissem,
peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato
suo. Et paulo post: et viderunt et oderunt et me et
patrem meum. Aliud est enim bona non facere, aliud bonorum
odisse doctorem, sicut aliud est precipitatione, aliud
consilio et deliberatione dampnatur. Ex infirmitate
enim plerumque solet accidere amare bonum sed implere
non posse. Ex studio vero peccare est bonum nec facere nec
amare. Sed quo non nunquam gravius est peccatum diligere quam per-
petrare, ita nequius est odisse iustitiam quam non fecisse.
Sunt quidam non nulli in ecclesia qui non solum bona non
faciunt, sed etiam persequuntur et que ipsi facere negligunt
etiam in aliis detestantur. Horum peccatum scilicet non ex infirmi-
tate vel ignorantia, sed expresso studio perpetratur, quia
videlicet si vellent implere bona, nec tamen possent, ea
que in se negligunt saltem in aliis amarent. Si
enim ea per [illegible] non apprehenderent, ista ab aliis non de-
spicerent. Sed bona eadem audiendo cognoscunt, intuendo
despiciunt, et advertendo persequuntur. Sunt plerique non
nulli in ecclesia qui nequaquam ex infirmitate non intelli-
gunt, sed intelligere nolunt, quia sepe que [illegible]
despiciunt etiam sine contemptu. Quia enim scriptum
est: servus nesciens voluntatem domini sui et non faciens
digna plagis vapulabit paucis, et servus
sciens voluntatem domini sui et non faciens vapulabit
plagis multis, in pravitate peccandi
[illegible] remedium nesciendi, qui nimirum sola
superbie caligine tenebrescunt, atque ideo non discunt,
quia aliud est nescisse, aliud scire noluisse. Nescire
enim ignorantia est, scire noluisse superbia.

Quod peccatum sit aliquando causa alterius peccati. Moralium
libro [illegible]

C iii

Omne peccatum quod tamen citius penitendo non tergitur
aut peccatum est et causa peccati, aut peccatum est et pena
peccati. Peccatum namque quod penitentia non diluit, mox
suo pondere mox aliud attrahit, unde fit ut ex
illo peccatum sit sed peccatum et pena, ex illo quod
[illegible] culpa subsequens oritur, ex quo [illegible]

ducatur, ut penis et alio ligetur, sed peccatum quod expiatur
oritur, non iam peccatum tantummodo, sed peccatum est et pena
peccati, quia iusto iudicio omnipotens Deus cor peccantis
obnubilat, ut precedentis peccati merito et in aliis
cadat. Qui enim liberare noluit deserendo punit,
non quod merito pena peccati dicatur, quod humana despicit [illegible]
[illegible] caritate ex precedentis peccati ultione pe-
tratur. Quod videlicet agit dispositio superna ordinata,
sed in suis iniquitatibus confusa, ut et precedens culpa
causa sit subsequentis, et rursum culpa subsequens sit pe-
na precedentis. Quod bene in infidelibus et rebellibus Pau-
lus quasi quibusdam ponit erroris aspexerat, cum dice-
bat: qui cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorifi-
caverunt aut gratias egerunt, sed evanuerunt in
cogitationibus suis. Sed quid ex eius erroris se-
mine pullulavit illico adiungit dicens: propter quod tra-
didit illos Deus in desideria cordis eorum in immun-
ditia, ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis.
Qui enim cognoscentes Deum peccata superbie intellig-
entiam perverterunt, secuti etiam ne intelligant caruerunt.
Ergo intelligentiam suam in peccato et causa peccati est qui per
hunc intellectum pervenit in peccato et pena peccati. Doris
quod peccati merito precedentis subsequentia tunica tegit, ut qui
mala sciens perpetravit, demum per iustum in aliis etiam
nesciens cadat. Sed quippe agitur ut cuius culpe
fiant quatenus supplicia fiant [illegible]
[illegible] quamquam omnipotens Deus ad peccatum
quos indulget, quod tamen humana malitia ad usum
sue iniquitatis intorquet. Nimirum iusto iudicio
angente culpa permittitur ut addendum alienis
cumulentur. Plerumque vero unum idemque peccatum et
peccatum est et pena est et causa peccati. Quod melius osten-
dimus si res [illegible] ad medium ducamus. Ex offensa
enim ventris ingluvies in furore luxurie per le-
nocinium carnis instigatur, lacerata a luxuria
sepe cum [illegible] et homicidio tegitur, ne sua
malitia legum ultione puniatur. Donantur ergo
[illegible] quod voracitatis sibi frena laxant
qua voracitate superatus adulterii facinus
admisit, deprehensus autem in adulterio la-
tenter virum adultere ne eam diu [illegible]
occidit. Hoc itaque adulterium inter voracitatem
et homicidium positum, de illa vide-
licet nascens, et hoc generans, peccatum, pena
et causa peccati. Peccatum quippe est per se ipsum, pena
vero peccati est quod culpa voracitatis
oritur. Causa autem peccati est, quod subsequens
et homicidium generat. Unum quo denique peccatum est
et pena precedentis et causa subsequentis, quia
et in se facta Dei exigente dampnat et adiungit se
peccata que dampnari debeant. Item De peccato
Moralium libro [illegible]

C. 20

Sed quia sine delectatione anima numquam potest esse, nam aut infimis delectatur aut summis, et quanto altiori studio exercetur ad summa, tanto maiori fastidio torpescit ad infima; quantoque acrius inardescit ad infima, tanto torpore damnabili frigescit a summis. Utraque enim simul et aequaliter amari non possunt; cum enim exterior per temporalem amorem iungitur, interius in illecebris delectatur. Et cum sit invisibilis anima, necesse est ut corporea corporeae delectationis tangat, nisi quod adhaerens corpori quasi egrediendi foramina eiusdem corporis sensus habet. Visus quippe, auditus, gustus, odoratus et tactus quodammodo viae mentis sunt, quibus foras veniat et ea quae extra sunt concupiscat. Per hos enim corporis sensus quasi per quasdam fenestras exteriora quaeque anima respicit, respiciens concupiscit. Hinc etenim Ieremias ait: Ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras. Mors quippe per fenestras ascendit et domos ingreditur, cum per sensus corporis concupiscentia veniens habitaculum mentis intrat. Quo contra de iustis per Ysaiam dicitur: Qui sunt isti qui ut nubes volant, et quasi columbae ad fenestras suas? Iusti namque volare ut nubes dicti sunt, quia a terrenis contagiis sublevantur; et quasi columbae ad fenestras suas sunt, quia per sensus corporis exteriora quaeque minime concupiscendo respiciunt. Columbas per fenestras non rapit concupiscentia carnalis, sed per eas corporis sensibus minime extrinsecus respiciunt. Plerumque in delectatione peccati etiam nolentem trahit, atque obligatus desideriis incipit velle quod noluit. Sic corpus quippe anima caeca, dum ante non providet ne incaute videat quod concupiscat, caeca postmodum incipit desiderare quod videt. Unde et prophetae mentis acies sublevata saepe infimis mentis inhaerebat, quia alienam coniugem incaute vidit, obtenebrata postmodum sibi

illicite coniunxit. Valde namque est quod ante decorum trahit, et semel species formae cordi per oculos illigata vix magnis luctaminibus manu solvitur. Reprimenda quaedam libera in cogitatione visus, illicitum quod non decet, quia intueri non decet quod non licet concupisci. Ut enim munda mens in cogitatione servetur, a lascivia voluptatis suae deprimendi sunt oculi, quasi quidam raptores ad culpam. Neque enim Eva lignum vetitum contigisset, nisi hoc ante incaute prius respiceret. Hinc ergo pensandum est quanto debeamus moderamine erga illicita restringere visum, nos qui mortaliter vivimus, si et mater viventium per oculos ad mortem venit. Hinc etenim sub Iudaeae voce, quae exteriora videndo concupiscens bona interiora perdiderat, propheta dicit: Oculus meus depraedatus est animam meam.

Concupiscendo enim visibilia, invisibiles virtutes amisit. Cum igitur maiorem ... per exteriorem visum perdidit, per oculum corporis praedam cordis. Unde nobis ad custodiendam nobis cordis munditiam exteriorum quoque sensuum disciplina servanda est. Nam quantalibet virtute mens polleat, quantalibet virtute vigeat gravitate, carnales tamen sensus puerile quiddam exsudant per se ipsos, et nisi maioris gravitatis pondere quasi infantilis quidam lusus retineantur, ad fluxa quaeque atque levia mentem citius trahunt. Sic autem temptatio saepe per oculos trahitur, sed non nisi concepta intus amplius sibi exteriores oculos deserviunt. Nam plerumque res quaelibet innocenter respicitur, sed ipso conspectu animus concupiscentiae gladio confoditur. Non enim ut ... iam dominus David ideo studiose respexerat quia concupisceret, sed eo concupivit quia incaute respexerat. Sic recto iudicii actibus examine et qui exteriori negligentius utitur, in interiori oculo non innocens erit. Saepe autem iam intus concupiscentia dominatur, et illecebratis animus ad usus suos sensus corporeos famulari amore tyrannidis exigit, sine quibus voluptatibus oculos suos capellat, atque ut ita dicam fenestras suas celebrare capit actionibus. Unde sancti viri cum sensus pulsari delectatione se sentiunt, ipsa per quam formae species ad mentem trahitur disciplinae magistratio lima restringunt, ne per eas cogitationum mentis lenocinata subeat, quia si mens subtiliter custodiri negligitur, cogitationis immunditia per eam ad operationem transit. De vitio voluptatis et clarius in necessariis naturalibus adimplendis. Moralium xx°

Natura humana bene condita, sed ad infimum vitio proprie voluptatis lapsa, in talem mortalitatem cecidit, quia ipsa in imis actionibus in hac vita nisi unde affligitur inveniat, sed in eisdem necessariis naturalibus plurimum quam plerumque expedit deservimus. Sancti vero contra negligentiae consortia miseria, in necessitatis quippe tam innixi voluptatis vertimus, et amplius voluptati necessitatibus miseria superaddimus, quas videlicet necessitates corrupti culpa meruimus. Necessitates namque naturales hic ipse valde perniciosum solet, et saepe in eis nunc deserviunt, quod contra illas per utilitatis studium, et quod per voluptatis vitium agitur. Crebro enim occasione sedulae voluntatis immunditiam, dum naturae debita reddimus, voluptatis vitio deservimus, et infirmitatis velamine ante discretionis oculos concupiscentia se palliat, ac quasi sub pretio complendae utilitatis occultat. Unde sancti viri in omne quod agunt studiosissima intentione discernunt, ne quid plus ab eis natura sive infirmitas quam sibi debetur exigat, ne sub necessitatis tegmine in eis vitium voluptatis excrescat. Aliud enim ex infirmitate, aliud ex temptationis suggestione sustinent, et quasi quidam rectissimi arbitri inter necessitatem et voluptatem

per continuam hanc carnis palpando sublevatus illam prius
deserunt sic ac contra gaudent spiritum in istis corrumpens
suis oneratur quia animi gravitas ad usum volup
tatis retorquet. Cum enim reficiendis acceptis
naturae suum per delectationem gulae in voluptatis dis
cenditur ingluvie et in regendis membris vestimen
ta quaeruntur non solum quae tegant sed etiam quae extollen
tia appetuntur et contra torporis frigus non solum quae propul
sent minuatur sed etiam quaeque molliae tactu mulceant
sed etiam quae per colorem oculos seducant. De pastoris vestibus
in ancilla super homo quidam erat dives
C. 22 Sunt non nulli qui cultum subtilium pretiosarumque
vestium non putant esse peccatum. Quod si videlicet peccatum
non esset nequaquam sermo Dei tam vigilanter exprimeret
quod dives qui torquebatur apud inferos bisso et purpura
indutus fuisset. Nemo quippe vestimenta pretiosa nisi
ad inanem gloriam quaerit videlicet ut honorabilior ce
teris esse videatur. Nam quia pro sola inani gloria vesti
mentum pretiosius quaeritur res ipsa testatur quod nemo vult
ibi pretiosis vestibus uti ubi non possit ab aliis videri. Luc. 16
Culpa est facilius ex diverso agnoscere possumus. Nam si ab
jectio vilis indumenti virtus non esset, evangelista tam
vigilanter de Johanne non diceret: quod indutus erat pilis
camelorum. Nemo igitur existimet in fluxu atque studio
pretiosarum vestium deesse peccatum quia si hoc culpa non esset
nullo modo Johannem Dominus de vestimenti
sui asperitate laudasset. Si hoc culpa non esset, neque Paulus
per epistolam feminas a pretiosarum vestium appetitu compesce
ret dicens: non in veste pretiosa. Itemque Petrus apostolus
dicit: quarum sit non extrinsecus capillatura aut circumdatio auri aut indumenti
vestimentorum cultus. Pensate ergo quae culpa sit in
viris appetere a quo curavit etiam pastor et egregius doc
tor et feminas prohibere. De distantia inter peccata
et distinctione inter peccatores. Mor. li. v.
C. 23 Sicut aquila alto valde volatu suspenditur
et ad misti superioris aethera levatur, sed pro appetitu
ventris terras conspicit seseque ab sublimibus repente
deorsum fundit; sic sic humanum genus repente per
de sublimibus ad ima corruit quod nimirum conditionis
suae dignitas in rectitudine quasi in aeris liberta
te suspenderat; sed contra praeceptum cibi contingens pro ven
tris concupiscentia ad terram venit et quasi post volatu
carnibus pascitur, quia illa libera contemplationis in spe
cula perdidit et deorsum corporis voluptatibus
laetatur. Iniquitatem quod multarum delectationibus et pravorum
Mor. li. xi. implicatur. Sed inter iniquitatem et peccatum
nihil distare perhibebat Johannes apostolus qui ait: Iniqui
tas peccatum est. Ipso tamen usu loquendi plus iniquitas quam
peccatum sonat et omnis homo se liberius peccatorem fate
tur, iniquum vero se nonnumquam dicere erubescit. Inter scelera

peccatorum et delicta hoc distat quod scelus est pondus pec
cati, delictum vero pondus peccati non habet, quamvis
et cum offertur sacrificium pro lege in verbis ammonetur.
sicut pro peccato sic est pro delicto. Et nonnumquam scelus est
in opere, delictum vero plerumque in sola cogitatione. Unde
et per psalmistam dicitur: Delicta quis intelligit? Quia videlicet
peccata operis tanto citius agnoscuntur quanto extrinsecus
videntur, peccata vero cogitationis eo ad intelligendum
sunt difficilia quo invisibiliter perpetrantur. Tacendum
Mor. li. xviii. est enim quia sunt peccata quae a iustis vitari fortiter
et sunt nonnulla quae etiam a iustis vitari non possunt.
Cum enim cor in hac corruptibili carne consistens
in sinistra cogitatione non labitur vel si iustus adeo
sensus forcia non inquinat; et tamen haec ipsa quam cog
itant peccato existimentur gravius inferorum et si libera est a
pravo opere, aliquando tamen corruit impulsa cogitatione
et in peccato gravius labitur, quia saltem in cogitatione declinat,
sed cogitationi resistens ad se reparatur quo per consensum
cadebat. Inter peccatum et delictum hoc distat quod peccatum In omel. ix
est mala facere, delictum bona derelinquere quae super proph. Ezech.
summo opere sunt tenenda vel certe peccatum est in
opere, delictum in cogitatione. Hoc etiam inter peccatum
distat et crimen, quod omne crimen peccatum, non tamen
omne peccatum crimen. Et in hac vita multi sine crimine,
nullus vero sine peccato valet esse. Unde et praedicator 1 Thy. 3
sanctus, cum virum dignum gratia sacerdotali describeret,
nequaquam dixit sine peccato esse valeat. Cum Johannes 1 Jo. 1
dicat: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos
seducimus et veritas in nobis non est. Cuius videlicet
peccatorum et criminum distinctione pensanda est,
quia non nulla peccata animam polluunt, nonnulla crimina
extinguunt. Sicut autem distinctio inter peccata esse cognoscitur,
sic inter peccatores distantia esse signatur. Inter impium
enim et iniquum hoc distare non nullis sed per omnis ip
se iniquus est, non omnis iniquus impius. Impius Mor. li. xviii.
prius dicitur qui infidelis est qui a pietate religionis alienus. Iniquus vero dicitur qui
pravitate operis ab aequitate discordat, vel si for
tasse fidei christianae nomen portat. Hac quoque
Mor. li. xxv. distantia peccatores ab impiis distinguntur quod cum
omnis impius sit peccator, non tamen omnis peccator impius.
Peccator enim dici potest etiam qui in fide pius est. Im
pius vero ipse dicitur qui a religionis pietate
separatur. De talibus psalmista dicit: Non resurgent
impii in iudicio. Explicit liber octavus.
Incipiunt capitula libri noni

i. De gratia dei et libero arbitrio hominis
ii. De donis que dat deus electis suis
iii. Quod quedam dona non manent semper in electis
iiii. Quod iusti se peccatores semper cognoscunt
v. Quod ista bona que faciunt aliquando occultare et aliquando publicare
vi. Quod iusti nunquam sunt in hac vita securi
vii. Quod non sunt admiscenda mala cum bonis
viii. Quod in electis remanet aliquid viciorum licet parum
ix. Quod sic perseverandum in bono usque ad finem
x. Cur bonis bene et malis est male in hoc seculo
xi. Quod boni non debent timere detractiones malorum
xii. Quod dyabolus electis omnibus modis bona nostra persequitur
xiii. Quod bonis prodest ut temptentur
xiiii. Quod sancti viri temptentur et flagellis
xv. Quod electi temptentur ne in superbia eleventur
xvi. Quod iusti pacienter compaciuntur
xvii. Cur deus electos permittit temptari
xviii. Cur deus permittit adversarios exurgere contra bonos
xix. Quomodo debeamus nos habere ad illos qui nostra tollunt
xx. De temptacionibus noviciorum conversorum
xxi. Quod novicii non debent exteriora officia promoveri
xxii. Quomodo debeamus diligere proximos nostros

Incipit liber nonus de virtutibus electorum et temptacionibus. Capitulum primum. De gratia dei et libero arbitrio hominis in omelia ix super Ezechielem. Capitulum primum.

Omnipotentis dei gratia ad bona quedam opera conari possumus, sed quod inplere si ipse non adiuvat qui iubet non valemus. Sic Paulus cum discipulos admoneret dicens: Cum metu et tremore vestram ipsorum salutem operamini; illico quibus viribus ipsa bona operentur adiunxit dicens: Deus est enim qui operatur in nobis et velle et perficere pro bona voluntate. Hinc est enim quod ipsa veritas dicit: Sine me nichil potestis facere. Sed in hiis considerandum est quia bona nostra cum sic omnipotentis dei dona sunt, ut nostra aliquo modo non sint, tamen nos qui premia eterne retributionis querimus, sed autem ita sunt ut dona dei omnipotentis non fiant, ex eis omnipotenti deo gratias agamus. Sciendum est quia mala nostra solummodo nostra sunt, bona vero nostra et omnipotentis dei sunt et nostra, quia ipse aspirando nos prevenit ut velimus, qui adiuvando subsequitur ne inaniter velimus, sed possimus implere quod volumus. Preveniente autem gratia et bona voluntate subsequente,

hoc quod omnipotentis dei donum est fit nostrum meritum. Quod bene Paulus brevi sententia explicat dicens: Plus illis omnibus laboravi, qui ne videretur sue virtuti tribuere quod fecerat adiunxit: Non autem ego, sed gratia dei mecum. Ac si diceret: In bono opere laboravi non ego sed et ego; in eo enim quod solo domini dono preventus sum, non ego; in eo autem quod dono voluntate subsecutus, et ego. Nemo quippe ut divina illum gratia sequatur prius aliquid dedit deo. Nam si nos deum bene operando prevenimus, ubi est quod propheta ait: Misericordia eius preveniet me? Si quo nos bone operacioni nos dedimus ut eius graciam mereremur, ubi est quod Paulus apostolus ait: Gratia salvi facti estis per fidem, et hoc non ex vobis, dei enim donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Si nostra dilectio deum prevenit, ubi est quod Johannes apostolus dicit: Non quia nos dilexerimus deum, sed quia ipse prior dilexit nos. Id est quod per se dominus dicit discipulis suis spontanee. Si sine eius munere nostra virtute deum sequimur, ubi est quod per evangelium veritas protestatur dicens: Sine me nichil potestis facere. Ubi est quod ait: Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Ubi est quod iterum dicit: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Si ex nobis dona bonorum operum virtute nostra coaugmentando prevenimus, ubi est quod rursum per Paulum ita subtiliter dicitur: Ut omnis decepte humane menti fiducia ab ipsa cordis radice succidatur, cum ait: Non quia sufficientes sumus ex nobis aliquid cogitare quasi ex nobis, sed sufficiencia nostra ex deo est. Nemo ergo deum meritis prevenit ut tenere eum quasi debitorem possit, sed miro modo equus omnibus conditor et quosdam preelegit et quosdam in suis reprobis moribus iuste deserit, nec tamen electis suis pietatem sine iusticia exhibet, quia hic eos duris afflictionibus premit, nec iniustis reprobis iusticiam sine misericordia exercet, quia hic committentes tolerat quos quandoque in perpetuum dampnat. Electi igitur preveniente se gratiam sentiunt, et reprobi malis meritis quod merentur accipiunt, ut de misericordia inveniant electi quod laudent, et de iusticia nolint reprobi quod accusent, qui ideo nequaquam celestis patrie premia eterna accipiunt, quia ea, ut dum vivere poterant, ex libero arbitrio contempserunt. Sed videlicet liberum arbitrium in bono format electis, cum cor mentis a terrenis desideriis gratia aspirante suspendit. Bonum quippe quod agimus et dei est et nostrum; dei per prevenientem graciam, nostrum per obsequentem liberam voluntatem. Si enim dei non

Moralium xxiiii

est unde meritum ei gratias agimus. Et rursum si enim
non est, unde nobis retributio promittitur? Pensamus ergo
quod nos in merito gratias agimus, sumus quod eius mu-
nere prevenimur. Et rursum quia nos in merito retri-
butionem querimus, sumus quod subsequente libero arbi-
trio bona eligimus que agemus. De donis que
dat deus electis suis. Mor(alium) li(bro) xi° Capitulum 2m

Porro nullum latet quod quinque sunt sensus cor-
poris nostri, scilicet visus, auditus, gustus, odoratus
et tactus. Hii sensus in omnibus qui sentiunt atque discernunt
virtutem discretionis et sensus cerebro trahunt. Et
cum unus sit cerebri index, sensus qui intrinsecus
presidet, per meatus tamen quinque sensus quisque discernit.
Deo vero ordinante neque oculus audiat, neque auris
videat, neque os olfaciat, neque nares gustent, neque ma-
nus odorent. Et cum per unum sensum cerebri omnia
disponantur, singuli tamen horum sensuus aliud facere non pos-
sunt preter id quod ex dispositione conditoris acceperunt. Sed quid de
corporibus exterioribus? Interiora et spiritualia colligenda
sunt, ut per id quod in nobis publicum est transire
debeamus ad secretum quod in nobis est, et in no-
bis ipsis lateat. Inveniendum quippe est quia cum
una sit sapientia, alium minus, alium magis inhabitat, alius
hoc, alius illud prestat, et quasi cerebri more nobis ipsis ve-
lut quibusdam sensibus utitur, nec genus ipsa [sibi] dissimil-
iter sit dissimilis, per nos tamen diversa et dissimilia
semper operetur, quatenus iste sapientie, ille scientie donum per-
cipiat, iste genera linguarum, iste gratiam curationum habeat.
Omnipotens quippe conditor noster deus utrumque medi-
um secreto moderatur, unde beatus Paulus dicit (1 Cor 12): Alii sermo-
ne sapientie, alii sermone scientie, alii plena fidem, alii gratia
sanitatum, alii operatio virtutum, alii prophetiam, alii discretio
spirituum, alii genera linguarum, alii interpretationem sermonum
tribuit. Sunt enim quidam qui per donum gratie et ipsa
intelligunt que expositionibus non audierunt,
hii videlicet sermone sapientie percipiunt. Et sunt quidam
qui per semetipsos intelligere audita nequeunt, sed ea que
in expositoribus legerunt retinent et parenter proferunt
que lecta didicerunt, atque isti sermone scientie pleni sunt.
Cum unus tamen eodem ex spiritu iste verbo sapientie pollet, nec
tamen sermone scientie, id est doctrine, fulcitur, quia sentire et in-
venire sufficit, et quod perdiscendi studium non accepit, ostendit
non ille sermone scientie fulget, nec tamen in verbo sapie-
ntie convalescit, quia consufficiat explere quod unusquisque didicit, et
tamen condescendendum experimento subtile aliquod non assu-

git. Iste prudentie et clementie impar, nec tamen
perseveranti gratia infirmitates corporum curat. Ille
orationis ope morbos subtrahit, nec arenti terre pluvias (verbo)
mas reddit. Iste operatione virtutum consuescere viventes et
mortuos revocat, et tamen prophetie donum non sentit, que
sibi ventura sunt ignorat. Ille ventura
quasi velut presentia attendit, et tamen in nulla signorum
operatione se exercet. Iste per discretionem spirituum
in factis subtiliter mentes aspicit, sed tamen diversi-
tates linguarum nescit. Ille diversitates linguarum
examinat, sed tamen mentibus subtilius cogitata corda
non pensat. Alius in una lingua quod novit sermo-
nium pondus interpretando prudenter distribuit, et
tamen religionis bonus que non habet patientie caret.
Sic itaque creator noster ac dispositor cuncta moderatur,
ut qui extolli poterat ex dono quod habet, humilietur
ex virtute quam non habet. Sic cuncta moderatur ut tamen
per impensam gratiam unumquemque sublevat, et per disparem
alium alteri subdit, et meliorem quemque dono alio
cum qui sibi subditur attendat, ac licet se prius ex-
altum sentiat, eo tamen quod superat se in aliis postpo-
nat. Sic cuncta moderatur, ut dum singula quecumque
sunt omnium imposita quedam caritatis necessitudine
fiant omnia singulorum, et unusquisque sic quod non
accepit in altero possideat, ut ipse alteri pos-
sidendum quod accepit humiliter impendat. Sicut per
Paulum dicitur (Gala 5): Per caritatem servite invicem. Tunc
enim nos caritas iugo dulci liberos reddit,
cum vicissim nos invicem per amorem servitio subiacemus
et aliena bona nostra credimus, et nostra aliis quasi
propria offerentes exhibemus. Hinc rursum per eundem
Paulum dicitur (Ro 12): Nam et corpus non est unum membrum sed multa.
Si dixerit pes: quia non sum manus, non sum de corpore,
non ideo non est de corpore. Et si dixerit auris: quia non
sum oculus, non sum de corpore, non ideo non est de corpore. Si
totum corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus, ubi
odoratus? Et paulo post dicit: Si essent omnia unum
membrum, ubi corpus? Nunc autem multa quidem mem-
bra, unum corpus. Quid enim sancta ecclesia, nisi superni
sui capitis est corpus? In qua alius alta videndo
oculus, alius recta operando manus, alius admoni-
ta currendo pes, alius precepta veritatis intelligendo
auris, alius fetore malorum bonorumque fragrantia
discernendo nares est. Qui dum illud more membrorum
dum vicissim sibi accepta officia impendunt, unum
de perceptis omnibus corpus reddunt, et dum diversa in ca-
ritate peragunt, diversum esse prohibet, ubi convenit.
Sed a vitium quod cuncta agunt, corpus unum quod compertis

continentiae non esset, quia videlicet mulierum contactu
non experiret, si huius corporis membrorum diversitas non teneret.
Sic itaque membris caritatis virtutum dona dispen-
suntur, et dividens singulis prout vult, qui mensuras
et terminos eius imponit, ut cum quisque in toto illo acce-
dit hanc illa attingit quae alii denegatur, alii illa dene-
gatur quae ipse attingit, mensuras sibi positas cognoscat in-
ter quisque plus posse plus accepit conatur, ut for-
tasse is cui tantummodo datum est proprio [illegible]
ta dispensari tempteret et innaturalis [illegible]
is qui semper virtutis donum ad sola innata [illegible]
vocat, et damnum legis contra [illegible] contendat.
Plerumque enim amittit quod portat, qui audaciter ea quae
pertingere non valet, arripere festinat. Nam et mem-
brorum nostrorum ministeria videmus, cum sua singula officia
distincte servamus. Videre quippe oculis, aure
vero auribus audimus. Si quando vero ordine mu-
tato videre oculis velimus aure accommodari, sicut videlicet
nota satis patent; si quis odore velit ore distinguere
sapores naribus gustare, utrumque sensus amittent qui prius
intimant, dum enim hi proprios usibus non aptantur, et
sua officia deserunt et ad extranea non assur-
gunt. Sic itaque Paulus ut acceptas a Domino
largitate mensuras in ipsa praedicatione suae se latitu-
dine coartabat, cum [illegible] diceret: Non enim audeo ali-
quid loqui eorum quae per me non efficit Christus. Mensura
igitur omnipotens Deus nostris profectibus imposuit, ut
habeamus quaedam virtutum bona, quae nunquam
quaesivimus, et quaerimus quaedam nec tamen habere va-
leamus, quatenus mens nostra dum hoc non potest habere quae appe-
tit, illa se intelligat de semetipsa non habere quae habet, et
per illa quae sunt considerent ea quae desunt, et per ea quae
utilia desunt fiunt humilia bona quae sunt. Quod
quaedam dona Dei non semper manent in electis. Moralium
libro secundo. Capitulum tertium

Alia sunt dona sancti spiritus sine quibus
ad vitam nequaquam pertingitur, alia quibus vitae
sanctitas pro aliorum utilitate declaratur. Mansuetudo
namque, humilitas, patientia, fides, spes, caritas Super dici ii pr
dona eius sunt, sed ea sine quibus ad vitam homines
nequaquam perveniunt. Prophetiae autem virtus,
curatio, genera linguarum, interpretatio sermonum, dona eius
sunt, sed quae virtutis eius praesentiam proximorum
intuentium ostendunt. In illis igitur donis sine quibus
ad vitam perveniri non potest, sanctus spiritus sive in
praedicatoribus suis, seu in electis omnibus

semper manet; in illis autem quibus per ostensionem illius no-
stra vita servatur, sed aliorum quaeritur, nequaquam in praedicatoribus semper
permanet, quia semper quidem eorum corda ad bene vivendum praesidet,
nec tamen per eos virtutum signa semper ostendit, sed aliquando se eis
a signorum ostensionibus subtrahit, ut eo humilius virtu-
tes eius habeant, quo habere teneri non possunt. Dona igitur
eius quibus ad vitam tenditur sine periculo amitti non possunt;
dona vero quibus vitae sanctitas demonstratur, plerumque sine dis-
pendio subtrahuntur. Illa ergo pro nostra eruditione sunt tenen-
da, haec pro aliorum profectibus exquirenda. In illis nos
tenere cum timore ne pereat, in istis a nobis aliquando sublato
se solet humilitas, quam ad elationem fortasse mentem sub-
levabant. Cum ergo recessa nobis virtutum signa subtrahuntur,
tunc bene ostendimus quam accepta recte teneamus, cum perfecto
aequanimiter eorum munera sublata toleramus. Quod superbi
pectores et indignos se esse recognoscunt in virtutibus
proficiunt. Moralium libro xxxiiii. Capitulum quartum

Sancti viri quo apud Deum altius virtutum
dignitate proficiunt, eo subtilius se indignos
esse deprehendunt, quia dum proximi luci fiunt, quicquid eos in
se ipsis latebat inveniunt, et tanto magis foris sibi
deformes apparent, quanto nimis pulchrum est quod intus Nota
videntes. Unusquisque enim sibi dum tactu veri luminis illustratur
ostenditur, et unde agnoscit quid est iustitia, inde eru-
ditur ut videat quid est culpa. Hinc est quod saepe mens
nostra, quibusdam sanctae inhumane gustationis actione torpescat,
quibusdam quibuslibet delinquit et nesciat, quoniam peccata quae
quasi nulla paenitenda, cum tamen ad apprehenda sublimia
sacrorum compunctione cingitur, et suae compunctionis oculo
excitato ad eam perpendendam se post fletum vigilantior
reddit. Nam cum neglecta se deserit, et nonnullo tempore
torpescit, vel otiosa verba, vel inutiles cogitationes
amore omnino reatus esse credit; ac si igitur compunctionis
incalescens a torpore suo tenebra subito afflatu con-
templationis emicuit, illa quae levia paulo ante credi-
dit, mox ut [illegible] summa ac mortifera perhorrescit.
Cuncta namque ubi animus nostra quod acutissima
compungitur, quia inde habet perpetuam terroris gradum, unde
ad se iam in anima nulla prius patet, ex quo enim ad intus
conspicit quam sint horrenda quae exterius perpetuus
servit, et quanto amplius sublevatur per spiritum, tanto
magis refugit infima, in quibus per spiritum deficit. Nota
Nihil quippe in eum id quod intus videat pascitur, et eo
summus videtur quod se extrinsecus magis [illegible]
non est quod intus videat, sed hoc non inveniunt
quam lapsum indicent patere, ad exteriora quae tolerat

in dicendi regulam sumunt. Super se enim rapitur dum sublimia contemplatur, et semetipsam iam liberius conscendendo conspiciens, quantum ei corpus ipsa sub se ipsa veniret subtilius comprehendit, et qua re minor modo agitur et unde dignior efficitur, unde sibi immundius videatur, et tunc rectitudini longe se esse sentiat, cum appropinquat. Nam quisquis divinae sapientiae radiis tangitur, sua illi manifestius certitudo monstratur, et eo minus in eo flectatur in imo, quo sagacius summa considerans conspicit quantum distat a recto. Quod sancti que bona faciant debent occultare et aliquando publicare. Moralium libro xix. C. 4

Sanctis plerumque viris est bona que faciunt occultare, ne tangat eos lapsus elationis in mente. Sed quia gentium nobis est, quid sit hoc quod ipse semper, cum hoc est velle quod ipse, et tamen noluit virtutes suas, et tamen aceas quas sint illuminati quod inimici audiant, qui diffamaverint eum, nisi quod his ipsius suis se exemplis dedit eos ut ipsi quidem virtutes suas desiderent occultare, et tamen ut alii conspicere prodesse inviti, et ista quidem sua occultando se ipsos custodiant, sed dum produnt inviti bona ad proximos suos eos transmittant. Occultent igitur studio, nec tamen publicent, et corde occultatio sit custodia ipsa, corde publica sit utilitas aliena. Aliquando igitur sanctis viris coram hominibus compellunt bona facere, cum eadem hominibus sua facta narrare, sed eundem finem referentes omnia, ut non ipsi eisdem operibus, sed pater eorum qui in celis est glorificari debeat. Dum enim se praedicant, et ipsa corda praedicatores fortasse despiciat quorum vita nescit. Compellunt vitam suam dicere, ut auditores suorum valeant vitam imitari, et facta sua referunt, ut innocenti venerati sunt, veneratiori appetunt, ut vocem audiant. Scriptum quippe est: Cum elevarent alia de terra, elevabantur et rote, quia videlicet auditorum mentes praedicantium vita suspiciunt, necesse utique est ut praedicatoris animant. Unde est quod sancti praedicatores boni et viri sancti honore praelationis fungunt, et honorari propter innocentiam volunt, et tamen cogunt bona narrare que faciunt, non elationis sed utilitati serviunt. Quod electi dei numquam sunt in hac vita securi. Moralium libro xx.

Capitulum sextum

Electi quique quamdiu in hac vita sunt, securitatis sibi confidentiam non praesumunt. Hostis enim omnibus contra temptamenta suspecti, in insidias vivunt hostis occulti, qui et temptare cessante sola gravant suspitione turbantur. Nam saepe multos quae parvulis incauta securitatis sunt, quam callidus hostis temptaverit, sed et praesentem cognosceret. Sic laudem quippe in communi solicitatam numquam relaxentur in mente supina, et laboriosa deserens, imaginationibus fluxis, qui in gaudiis mollibus spirantes iacens, eamenti diabolica corruptionis resultata perimat. Semper non ad certamine adversarii erigendus est animus, semper contra occultas insidias cautela providenda. Sancti enim viri se despicere soliti, ut ... semper sunt de temptatione suspecti, atque omne ... vitae magis vivos corpatio perficit, qui in hac ... vita sunt. Unde quamvis per Iob dicitur: Temptatio est vita hominis super terram. In eminenti et metuunt, et certitudine in se sibi providere non praesumunt, sed porro inter gaudia spei et temptationis metum consideret, et timet, confortantur et turbantur, cum morantur et suspicantur. Quod non sunt ammiscenda bonis actionibus prava opera. Moralium libro xix.

Capitulum septimum

Vestimento vir vestiri ... Ille quippe quorum iustitia sicut vestimento se vestit, qui se undique bono opere protegit et nullam partem actionis suae pravo iudicio relinquit. Nam qui in aliis actionibus est iustus, in aliis iniustus, ... hic latus eo aperit illud nudavit, nec iam sunt bona opera, que subortis aliis operibus pravis inquinat. Cordis igitur oculis, cordis cautis porrectis undique nobis adhibenda est custodia, ut videlicet unusquisque hic nisi diligenter inspiciat, et quod dum in hac vita est contra spiritales inimicos in acie positum se cessat, ne mercedem qua per alias actiones colligit per alias amittat. Ne hinc ostium fores obstruat, et aliunde aditus pandat. Sed qua et enim cautius contra insidiantes inimicos magno valet aggere, foraminibus iungit munitis, expositis ... innuat custodia. Unius nequam forame in ea tamen per negligentiam inimicis relinquat, unde procul dubio hostis ingreditur, qui undique exclusus videbatur. Unde magnopere oportet et bona semper agere, et ab ipsis bonis nos operibus magnitatione cautius custodire, ne si mentem elevant, bona non sint, quia non actorem elevant, sed elationi militant. Unde quam rem non inordinate agimus, sed exhibent non causa ... magis, sed tamen ad edificationem certe eduxit, testimonium praestant. Electi namque in proprio elephantes fiunt, sed subiecto quod continuat occubuit. Quos igitur iste sequitur, quia sua opera ... inter eos que superant vitia, sed subiectis quae fingunt supplicando succumbit, quia enim sub hoste quod praesumit monit, quod de culpa quod superat elevat.

igitur magnis opere est, quia bona prodesse nequeunt, si mala non caveantur que surripiunt. Perit omne quod agitur, si non in humilitate sollicite custoditur. Quod in electis remanet semper aliquid unde humilientur. Mor. libro iiii^to

Capitulum octavum

Omnes quicumque que mundi sunt mente calcaverit et que dei sunt intentione plena desideraverit, hostem antiqui malicia instigante sic quasi ... inflammant. Nam qui eius dominio subiecti sunt, hi quieto iure possidentur ab eo. Sed cum quisque ad conditoris sui desiderium recalescit et libertatis ingenite iura repetens ab hoste tunc suis crudelescit, quia tunc hostis se considerat despici, et manus dei videt apprehendi, dolet quod amittit se ... remitti, zelo mox accenditur, mox ad certamen movetur, mox ad temptationes innumeras contra rebellantem mentem se excitat, ut temptationum iacula in torquendo offendat eum quem quieto iure possidebat. Quisquis igitur accingi iam divino studio properat, quod ad ... quia contra antiquum adversarium certamen paratur, ut sub in certamine ... suscipiat, qui quietius sub tyrannide in captivitate fuerat. Sed in eo ipso ... quando mens contra hostem accingitur, quasi alia victoria sub ... regente aliis veluti alium de culpa aliquid, quod tamen non valde noceat, remanere permittitur, et sepe mens que adversa multa et fortia superat, unum in se et fortasse tam minimum intentione magna invigilans non expugnat. Quod divina miri dispensatione agitur, ne virtutibus ex omni parte splendescens in elatione sublevetur, ut dum in se parvum quid reprehensibile videt, et tamen hoc subigere non valet, nequaquam sibi sed auctori victoriam tribuat, in hiis que subigere fortiter valet. Proficientes igitur adiutrice iustitiae ... melius roborantur infirmitate, quam hi ipsam ... quod subigere non possunt, ad hoc vincit vitiatus ... inter ... intorquentur, ut eo de se mens tam in summis iura servat, quo sibi viribus quia que appetit non expugnat. Idcirco enim quedam minima vitia in electis remanent, sepe ut mentes ... sollicitam in certamine semper exerceat, et eo de victoria non superbiat, quo nunc in se hostes conspicit, a quibus adhuc vinci formidat. Capitulum ... se per ... dum in bono ... in fine. Mor. li. ... p^o

Incassum bonum agitur, si ante vite terminum deseratur, quia et frustra velociter currit, qui prius ad metas veniat deficit. Hinc et quod per Moysen

dicitur: ... et incassum

hostie in altari offerri preciperit, ut videlicet omne bonum quod inchoamus, etiam perseveranti fine compleamus. Sacrificium est autem, quia sunt non nulli qui bona que facere noverint operantur, et hec operantes meliora deliberant, sed retractantes meliora que deliberaverint immutant. Et quidem bona agunt que ceperant, sed a melioribus que deliberaverint succumbunt. Hii nimirum ante humana iudicia stare videntur in opere, sed ante dei omnipotentis oculos ceciderunt a deliberatione. Unde fit ut plerumque bonum opus eorum minus deo placeat, quo animus pes mentis in meliori gradu deliberationis inconstanter ponitur, ipsa cogitationis inconstantia cecidit. Cur bonis bene malis est male in hoc seculo. Mor. li. v^to. Inno ... iii. ...

Capitulum decimum

Cum valde occulta sint divina iudicia, cur in hac vita nonnumquam bonis male sit, malis bene, tunc fortasse deprehenditur, quia et boni si qua deliquerint hic recipiunt, ut ab eterna plenius dampnatione liberentur, et mali bona que pro hac vita faciunt hic inveniunt, ut ad sola imposterum tormenta pertrahantur. Unde et ardenti in inferno diviti dicitur: Memento fili quia recepisti bona in vita tua, et Lazarus similiter mala. Ac cum bonis hic bene est et malis male, incertum valde est, utrum boni ideo bona accipiant, ut provocati ad aliquid melius crescant, an iusto latentique eterna iudicio hic suorum operum remunerationem percipiant, ut a premiis vite sequentis inanescant, et utrum malos ideo adversa feriant, ut ab eternis suppliciis correpta defendant, an hic eorum pena incipiat, ut quasi pena complendi eos ad ultima gehenne tormenta perducat. Quia igitur inter divina iudicia humani incertitudinis sue caligine humana mens premitur, sancti viri cum sibi suppetere prospera huius mundi conspiciunt, pavida suspicione turbantur. Timent enim ne hic laborum suorum fructus percipiant, timent ne quod divina iustitia latens in eis vulnus aspiciat, et exterioribus eos muneribus cumulans ab interioribus repellat. Cumque ratio tanti cogitant, quod nec bona agant, ut soli domino placeant, nec in ipsa affluentia sue prosperitatis exultent, magis quidem de prosperis occultata contra se iudicia metuunt, sed tamen eadem prospera que se ab intentione intima impediunt, egre ferunt, et molestie prorsus vite blandimenta tolerant, quia plerumque vitam tardari intimo desiderio non ignorant. Plus enim in hoc mundo honor quam despectio occupat, et magis prosperitatis sublimitas quam necessitatis adversitas conturbat. Prosperitatis namque navigium cum homo comitibus premitur, ad concupiscenda que melius sunt liberior relaxatur. Nullam non animum dum multis preterit ... ad desiderium cum cursu retinet. Unde fit ut sancti viri magis in hoc mundo prospera quam adversa formident, sciunt namque quia mens cum blandis occupatione premitur, aliquando labitur ad exteriora declinatur, sciunt quia sepe sic hunc clandestina

dixi: et incassum

cogitacio declinat, ut quo per intentionem ignorat pensat an
aut que sunt interna bona que cupiunt et cognoscunt
quod nichil sit omne quod blanditur temporaliter audiri. Calca-
to itaque mundi prosperitate mens corporis ex eo tollitur, quo
superne felicitatis est sanctificata, tantoque magis in per-
fectionis dulcedinis apparatione erigitur, quanto hic conspi-
citur, quod fortune sibi inceptio glorie despectu blanditur. Quod
boni non debent timere detractiones reproborum in
omnibus que sunt supra exemplis (?) Capitulum undecimum

Reprobi mala bonis ingerunt, et corporis actibus
non cessant detrahere, sed boni linguas derogan-
cium non debent timere, quia stultum valde est
si illis placere querimus, quos non placere deo scimus.
Perversorum enim derogacio vite nostre approbacio est, quia iam osten-
ditur aliquid iusticie nos habere, si illis displicere incipimus
qui non placent deo. Beatus Job cum persecutorum dero-
gantium linguas inter dolores tolleret, patienter iacu-
la verborum cogitatione sustinuit (?), ad conscienciam revocavit
atque in mente solidam hanc aspexit dicens: Ecce
enim in celo testis meus, et conscius meus in excelsis.
Qui et subdidit: Verbosi amici mei, ad deum stillat
oculus meus. Hii enim cum quod de nobis dicitur semper tan-
te rectitudine intra mentem debemus interiorem testem et iudi-
cem querere. Quid enim prodest si omnes laudent, cum
conscientia accusat, aut quid poterit obesse si omnes nobis
derogent, et sola conscientia defendat. Beatus igitur Job
inter linguas derogancium inflexa mente persistens,
quia multa se impugnari falsis sermonibus vidit,
in celo testem quesivit. Sed magna inquisicione res
indiget, an verbi opprobrium tenemus (?), utrum semper de-
proprie derogancium verba debeamus, an contra aliquando com-
pescere. Sciendum est quia linguas detrahen-
cium sicut nostro studio non debemus excitare, ne ipsi
pereant, ita per suam maliciam excitatas debemus equanimiter
tolerare, ut nobis meritum crescat. Aliquando autem eas com-
pescere, ne dum de nobis mala [illegible] disseminat, eorum qui
audire nos ad bona poterant, corda innocencium
corrumpant. Hinc est quod vita in exemplum imitacionis
debent, si possunt, detrahencium verba sibi compescere,
ne eorum predicacionem non audiant qui audire poterant,
et in pravis moribus remanentes bene vivere contempnant.
Sed in hac re subtili inquisicione necesse est ut semper ipsum
animum investiget, ne fortasse laudis propriam gloriam querat
et animarum lucrum se querere mentiatur (?), sepe
enim sub nomine laudis animus pascitur, et quasi sub ob-
tentu lucri spiritualis, cum de se bona dei cognoverit,
letatur. Et sepe sue glorie defensione contra detrahentes
inspicit et fingit sibi in quod hec ex zelo faciat, quia
quod a bono sermone detrahencium summo perturbet.
Isti igitur debent magno opere cavere ne contra corporis opinio-
nem detrahencium verba prevaleant, qui suam
conscientiam subtiliter discuciunt, sed in ea inveniunt
de amore privato glorie nichil habere. Unde est enim quod
iusti et perfecti aliquando virtutes suas predicant, bona
que divinitus acceperunt narrant, non ut ipsi apud
homines sua ostensione proficiant, sed ut eos quibus predi-
cant exemplo suo ad vitam trahant. Iusti itaque atque
perfecti non solum cum vituperationis sue verba reprehen-
dunt, sed etiam cum virtutes quas habent infirmis lo-
quuntur, reprehensibiles non sunt, quia per suam vitam
quod referunt aliorum animas ad vitam querunt. Deroga-
tium sermonibus (?) eorum mox bona sua detegunt, nisi eos
ut dixi aut proximorum utilitas aut etiam nimia necessitas
cogat, sicut non aliquis ut necessitate compulsi, in bonis que
de se referunt non aliorum utilitate sed sua defendunt (?), 29
sicut beatus Job sua facta enumerat dicens: Oculus
fui ceco, et pes claudo, pater eram pauperum, et
causam quam nesciebam diligentissime investiga-
bam, et multa alia que sepe egisse se commemo-
rat. Sed quia in vulnere doloris positus ab amicis
increpantibus impie egisse (?) et non lenius (?) premens,
atque offensor oppressor pauperum fuisse diceretur,
vir sanctus inter flagella dei et humane increpa-
tionis verba deprehensus, mentem suam conterere
cernit (?), atque ad desperationis foveam conspexit in-
pelli, qui iam iam cadere poterat, nisi admonicionem
sua virtute revocasset, ut ad spem animi reduceret,
ne oppressus ictibus et vulneribus in desperatione periret.
Eo ergo bona sua enumerat, non inmoratione (?)
apparente superno iudice de hoc mundo tolletur,
in quo prius gloriabatur. Scriptum quippe est quod
dominus ihesus illustratione adventus sui illum
interficiet, omnis namque iniquitas eius cum mundi
fine dampnabitur, et ipse cum omnibus sequacibus
suis in terminente mundi fine dampnabitur.
Omnes enim iniqui qui de eius perversa persua-
sione accepti sunt, in pravis actionibus in-
venti illustratione adventus domini in eterno
interitu cum eodem suo capite ferientur, et cum
eo pariter ad supplicium tenebuntur, et districtus
iudex omnes illius iniquitates cum ipso nunc(?)
de fine concludet. De fine mundi et die
iudicii, in quo dominus super nubes ihesus et super
signis veniet. Capitulum xii(?)

Quia dilectissimi fratres regnum celorum appro-
pinquat, etiam si celi tacerent, mundus clamat

Mor. li. xxxii

Mor. li. xxxiiij et xxxiiij

nunc namque illius voces sunt eius qui
eum tot actibus persecutionibus aggravat sua cecidit
quam iam nobis ex vero regnum aliud quod sequa-
mur ostendit. Ipsis iam et a quibus amatur ama-
rus est. Ipse ruine eius predicant quod ama-
dus non est. Si enim ruinam sui domus
quassata minaretur quisquis in illa habi-
taret fugeret, et qui stantem dilexerat, ca-
dentem quantocius abscedere festinaret. Si ergo mundus ca-
dit et nos eum amando amplectimur, opprimi
volumus potius quam habitare, quia nulla nos ra- racio
tio ab eius ruina separat, quos eius passionibus
amor ligat. Facile ergo est iam nunc cum omnia
destruenda cernimus animum nostrum ab eius
dilectione disiungere. Sed quia cum ipsis nunc ignis
habitaculum absumitur, quisquis eius possessione
potitur rapit quod valet et fugit. Lucrum deputat
si quid secum ex ignibus tollat. Ecce ebul-
liente flamma mundum concremat, et
cuncta que in eo pretiosa videbantur fumus
iam proximus velut ignis devastat. Nos
ergo fratres karissimi quos Christus tenet peccantes
qui nec dum ad precepta dei mundum re-
linquitis, hunc morientem credite. Si nobiscum
aliquid de illo capiatis, si quid fugientes
tollitis, si hoc opere in presenti remanendo potestis ad
retributionem nobis proximam largiendo sua vis.
Terrena quippe omnia fugiendo committitis, si
sub largitate fugiatis. Relinquit omnia qui pe-
ccat, relinquere omnia non potest lacrimis maculas
peccatorum plangit. Elemosinis charitate sacris hostiis
expiet. Suffragant namque ad absolutionem
nostram oblata cum lacrimis et benignitate mentis
sacri altaris hostia suffragatur. Quam is qui in se
surgens a mortuis iam non moritur adhuc per
hanc in suo mysterio pro nobis iterum patitur.
Nam quotiens hostiam ei sue passionis offerimus,
totiens nobis ad absolutionem nostram passi-
onem illius reparamus. Nolite fratres mei pos-
sidere per desiderium que adhuc nunc relinquitis
positum, sed in melior amando nichil amando
possidetis. Ea possidendo cuncta relinquitis
ipse in solo redemptore figite ad eternam
patriam mente transite quod districtus in iudicio
veniat Deus providete. Ecce in die tremendi examinis
sui cum angelis, cum archangelis, cum thronis, et do-
minationibus, cum principatibus et potestatibus
apparebit. Celis ac terris ardentibus cunctis vi-
delicet elementis in sui obsequii terrore commo-
tis. Hunc ergo tam pavidum iudicem oculis
ponite. Hunc venturum timete, ut hunc cum venit

non timendi sed securi videatis. Timendus est enim ne
timeatur. Videlicet nos ad usum bone operis exercitat
metus illius. Vitam nostram a iniquitate compescat
iudicis fratres credite quia tanto eritis securi de pre-
sentia eius. Quanto nunc esse satagitis suspecti de cul-
pa. Quum ergo tempora fugiunt cum bello clauditur, et adhu-
dendum cernis iudicem nostrum cum magna impel-
lim in portam bonis actibus et pacem cum festi-
natione. Explicit liber xiii. Incipiunt capitula libri
xiiii.

Incipit liber xiiii de iudicio et penis reproborum capitulum
primum. Quod domino veniente ad iudicium elementa
commovebuntur. Moralium libro xxvi.

Tempestas in mari cum oritur, prius leves undę
et postmodum volumina maiora generantur.
Deinde fluctus maximi se erigunt, et naviga-
tes quosque ipsa sua altitudine subvertunt. Sic sic
nimirum extrema illa perveniet, que mundum universum
subruat tempestatis animadversionis. Nunc enim bellis et
cladibus et quibusdam modis sua nobis exor-
dia ostendit, et quanto ad finem cotidie propinquius
efficimur, tanto grandiora ruere tribulationum volumina
videmus. Ad extremum vero commotis omnibus elemen-
tis, supremus iudex veniens sicut olim apparuit, quia
videlicet tempestatis fluctus maximus levat.
Sed et dicat adhuc medium et ego non videbo non
solum terram sed etiam celum. Hac tempestate sancti
viri instante appareant, et ex hiis tribulationibus
que mundum sunt prudentur quiescant, atque extrema

iudicii adventum intenta mente considerantes perti
mescunt / supreme quoque maiestatis iram ad iudicium venien
tis et terrorem tanti examinis considerantes expaves
cunt. Quo autem despectius se dei iudicia eos qui se ele
vant . . . si et illos ad tempus alii despiciunt / qui
hec semper in humilitate formidant / unde summope
formidandum est nobis illud examen tante
discretionis / constat enim qui in hac vita cum pauitet se
passioni corrupcio sequitur despicitur prius est / uno in
iudicis / amor corrigentis est / non districtio punientis /
Corpore igitur posita ubi iudicia eterna pensanda sunt
hinc et enim prendere hinc summope considerare de
bemus / quo sunt illa que repleat / si fieri nos unquam va
let eius ira que puniatur. Ubi mortui resurgent
In omelia de x virginibus. Capitulum secundum

Cum bene vivere iudex ad extremum iudicium disce
cta et reprobi in mortis sompno sopiuntur / sic
enim dies iudicii subripit / ut previderi non valeat
quando veniet / unde scriptum est dies domini sicut fur
in nocte ita veniet / tunc electi et reprobi resurgentes
a sompno sue mortis excitantur / cum quomodo esse possit
in beato Job legitur / homo cum dormierit non resurget /
cur laboramus si in eternis de nocte non inven
dum / quod a deo non resurget / est scriptum sit / omnes quidem
resurgemus sed non omnes inmutabimur / et per semet
ipsam veritas dicat / omnes qui in monumentis
sunt audient vocem eius / et procedent qui bona
fecerunt in vitam interesse sub uncta sua iudicat
qui districto in promissa lateat / nam subditur donec
atteratur celum non euigilabit nec consurget de somp
no suo / liquet enim quia non resurget donec atteratur ce
lum / qui in mundi finis adveniente humanum genus
a sompno mortis ad vitam non euigilabit. Non
ergo quia omnino non resurgat / sed quia ante consumma
cionem genus humanum nunc resurgat insinuat
In extremo igitur iudicii die / cum apostolis celi / ministra
tibus angelis / considentibus apostolis / in sede ma
iestatis sue ipsius apparuit / omnes scilicet electi pariter videbunt
et reprobi / ut et iusti de munere retribucionis
sine fine gaudeant / et iniusti de ultione suppli
cii in perpetuum gemant. In potestate enim et maiestate
iustum sed quia in humilitate positum audire noluerunt /
ut virtute eius tanto tunc districtius sentiant quanto
nunc cervicem cordis ad eius passionem non inclinant /
Virtutes quorum celorum i. angeli archangeli throni
dominaciones / principatus / et potestates / in adventum dis
tricti iudicis movebuntur / et nos tunc oculis
visibiliter apparebunt / ut districte tunc a nobis exigat
quod nunc nos invisibilis conditor equanimiter portat /
Preterea in illa die tremendi examinis / bonum pa
rentes malis filiis prodesse non poterunt / testan
te propheta qui dicit / Noe Daniel et Job si fuerint

in medio eius / vivo dicit dominus / quia filios
et filias non liberabunt / sed ipsi tanta sola ipsi
liberabunt animas suas / et rursum boni
filii nichil malis parentibus proderit / sed ad
reatum post malorum pertinet pro ipsa fiunt bo
nitas filiorum / sicut ipsa per se veritas non
credentibus iudeis dicit / Si ego in belze
bub eicio demonia / filii vestri in quo eiciunt /
ideo ipsi iudices vestri erunt. Ubi adven
tum domini pavebunt omnes qui iniqui fu
erunt inventi. In omelia ii super eze. Capitulum 3m

Cum dominus ad iudicium venerit / districti
iudicii concussu omnia simul elementa
pavebunt / et in ipso conditore qui tunc in car
ne mortali fuit inventi / in pavore in
nimio corda commovebuntur / tunc enim ut impleatur
quod scriptum est / sol obscurabitur / et luna non
dabit lumen suum / et stelle cadent de celo /
et virtutes celorum commovebuntur / quam metus
erit hominis . . . iudicii suam non formida
tis / ibi enim simul tunc peccata ante oculos
redeunt omnia / ibi cuncta que perfecta cum
delectacione ad memoriam revocantur cum pavore /
Ibi caligo mentis exspectans exspoena erit flamme
dampnacionis / tunc quippe ex peccatorum
memoria sensum mentis deprimunt / cali
go cecitatis / cum bungemina dei filium
non punitur reprobi conspiciant in forma domi
nacionis / videbunt enim in quem transfixerunt /
et tollet impius ne videat gloriam dei. Ignis
etiam ille iudicii qui celum et terram et frica
concremabit / peccatores procul dubio consumet
in pena sue dampnacionis / sicut enim fulgur
exit ab oriente / et paret usque in occidentem /
ita erit adventus filii hominis / ubi nullus
audiens / tunc in sua mente latere promittitur
qui ipso iudicis fulgore punitur. Hic enim
angelis et archangelis / omnibusque virtu
tibus possidens redemptor in ius suo tunc
terrore videbitur / et quia ignis iudicii in reproborum
iudicium fumabit. Hinc psalmista ait /
Ignis in conspectu eius ardebit / hinc pre
terea apostolus ait / adveniet dies domini ut fur
in quo celi magno impetu transient / ele
menta vero ignis ardore solventur. Ubi
deus in potestate veniet ad iudicium Moral
lib. ix et xlii et xliii et in omelia et
super eruit supra. Capitulum quartum

Dominus qui virum fecit in humili
tate veniens consideravit non possunt
quanto terrore venturus est in fortitudine
sue maiestatis apparens / secundo per adve
nus illius pensari et conspicua provat / in
equanimi ad redimendos carnales venies

divinitatis sue magnitudinem aeternalibus
oculis conspiciant, foris autem eius celsitudinis
terrorem sentire percipiunt. Adventus scilicet po-
tentem iudicium exercens in sue [illegible] ma-
iestate cadunt. Terribilem quippe clarique terroris ma-
iestatis eius adventum psalmista David insi-
nuat dicens: Deus manifeste veniet
et non silebit deus noster. Ignis in conspectu eius
ardebit, et in circuitu eius tempestas va-
lida. Districtionem quippe iusti tempestas
ignisque comitantur, quia tempestas exami-
nat quos ignis ~~cremat~~ exurat. Tempesta-
tis enim nomine iudicii turbine designatur. De quo
turbine districti terrorem examinis Iohel pro-
phetans ait: Conturbentur omnes habitatores
terre quia venit dies domini, quia prope est dies
tenebrarum et caliginis, dies nubis et tur-
binis. Magnus enim dies domini et terribilis
valde, et quis sustinebit eum? Extrema vero iu-
dicii severitas recte tempestas et turbo dicitur,
qui malefactorum cogitationes revelat. Unde per
prophetam ait: Dominus in tempestate veniet et in tur-
bine. Vis eius incomprehensibilis est, atque
intolerabilis illa magnitudo terroris, quod dominus
in ostensione sua venturus est. Hunc enim
ad iudicium venientem qui adventu suo ele-
menta concutiet, movet autem conspectu celum
et terra contremiscit. Unde etiam per prophetam dicit: Ad-
huc semel et ego movebo non solum terram
sed etiam celum. Ad cuius examinis generalem
sententiam deducetur cum ad iudicandum malorum
remunerationem quoque bonorum angeli, archangeli, thro-
ni, principatus et dominationes obsequentur. Pen-
sate fratres karissimi ad conspectum tanti iudi-
cis, quis in illo die terror erit, quando iam in
pena remedium non erit, quando illa confusio cui-
quam reatu suo cogente contingeret, in omni con-
ventu hominum et angelorum erubescere. Quis
pavor enim quem etiam [illegible] humana
mens capere non habet. Unde [illegible]. Sic die
propheta Sophonias innuens ait: Iuxta est dies
domini magnus iuxta et velox nimis. Vox diei domini
amara; tribulabitur ibi fortis. Dies illa dies
ire, dies tribulationis et angustie, dies
calamitatis ~~et~~ miserie, dies tenebrarum
et caliginis, dies nebule et turbinis, di-
es tube et clangoris. Pensate fratres karissimi die
iudicii super corda reproborum quam asperitate propheta in-
sinuare, quem tot appellationibus non valet
exprimere, quanta vero tunc erit electorum leticia
de eius visione mentis gaudere de [illegible]

conspectu videntur et elementa contremiscit. Si enim
iram arguamus, mores mutemus, mala tempo-
ralia resistendo vincamus, precepta vero flentibus pu-
niamus, adveniente eterni iudicis tanto tunc securi
videbimur, quanto nunc districtionem illius timendo preve-
nimus. Quod sathan rapietur de hoc mundo et
rapietur in iudicio cum reprobis. Moralium libro xxxiiii^o. Ca^m

Adveniente districto iudice, antiquus hostis
apostata cum angelis de hoc mundo per ira iudi-
cii tolletur. Qui nunc in ira mansuetudinis longani-
mitate tolerat, tanto tunc pondere terroris examinet; ut
insuper eorum etiam bonorum scrutando turbet, et enim
iudicii turbine rapietur. Ille qui in cordibus reprobi
potuerit, in mentis terrore concussit, etiam supne pa-
tris predicatores contemnuntur, quamvis enim iam for-
tes atque perfecti, adhuc tamen quia sunt in mortali corpore, non
possunt inter tanti terroris supplicium nulla formidine
concuti; sed cum Leviathan rapitur, cum iam omnia moveri
mota elementa quatiuntur. Predicatores suos bonos
quosque in se quos vero dura adhuc in suis cordibus illud
tempus invenerit, species de regni propinquitate
letificabit, et carnis infirmitas de ire ostensione
perturbabit. Erit igitur eis aliquo modo tremor
letus, et timor securitatis, qui et celesti regno se re-
munerari confidunt, et districti tanti turbinis metum
per carnis infirmitatem contremiscunt. Conside-
remus ergo quo iniquorum conscientia cruciatur, quem etiam
iustorum vita turbatur, quem qui odiunt adventum iudi-
cis quid faciunt, si terrore tanti iudicii etiam qui
diligunt expavescunt. Iustus igitur predicatoribus
iustis quoque hominibus quasi pavore constringentur, si quam messe
meis potuit Leviathan ultro iudicatur. Quod desiderare
debemus mortem nostram. Moralium libro [illegible] Ca^m

Conditor et redemptor noster dominus Ihesus
Christus suscepit mortem, ne mori timeamus;
ostendit resurrectionem, ut nos resurgere posse confidamus.
Dum igitur dicitur, ipse qui est caput ecclesie resur-
rexit, quid in eius corpore etiam sequatur ostendit.
Exemplum quippe indicavit quod in premio promisit, ut
sicut ipsum resurrexisse fideles agnoscerent, sic ipsi
in fine mundi premia nostre carnis prima speraverint
mortem enim triduo sustinuit, mortem ergo
sicut nos usque ad finem seculi remansit. Nos vero
post mortem carnis in pulvere remanemus usque ad
finem mundi. Corpus illius post mortem resusci-
tatum venit; sed nostra adhuc corpora usque ad finem
mundi carnis differentur. Unde fit ut ne quis vero cogita-
tione tacita forsan dicat: quod mirum ille resurgeret
a morte, qui vel idem quod deus et homo morte
quam ex humanitate pertulit, ex divinitate superavit.
Nos vero qui puri homines sumus, a mortis damp-

Inomel (?) sic filii est reg. c. x. vii

ratione nequaquam surgere possumus. Nam in resurrectione eius
ipse multorum sanctorum corpora surrexisse, quatenus et ipse
nobis exemplum ostenderet, et de aliorum qui nobis per puram
humanitatem similes fuerunt, nos ratione roboraret,
ut cum homo se desperaret percipere quod in se ostenderet Deus
homo, hoc in se fieri posse praesumeret quod in ipsis
factum cognosceret, quos puros homines fuisse
non dubitaret. Nec quisquam dicat sperare non debet
de se homo quod in carne sua exhibuit homo Deus.
Ecce cum Deo surrexisse homines cognoscimus,
quos puros homines fuisse non dubitamus. Si igitur
membra nostri redemptoris sumus, quod gestum constat
in capite, in nobis praesumamus. Si multum nos abi-
cimus, sperare debemus in nobis [illegible]
bra, quod de membris eius superioribus audimus.

Moral. li. xiiii. Nonnulli homines corpora mortuorum redacta in
pulvere considerant, dum vim resurrectionis ex ratione
colligere non possunt, hi ad statum pristinum redire
posse desperant, quomodo faciat pulvis ad carnem
redeat, et redivivum corpus pulveris [illegible]
compingat, quo illa ex ariditate per vivificata membra
inviridescat, et sese per eorum species formasque distin-
guat. Sed minimum per rationem hoc non potest comprehendi, sed
specialiter per exemplum potest credi. Quis enim ab uno grano seminis
in immensum surgere arborem crederet, nisi certum per hoc
experimentum teneret? Quid ergo difficile est ut pulvis
in membra redeat, dum conditoris potentiam
considerare cernimus, qui ex semine ligna mirabiliter et
adhuc mirabilius ex ligno fructus creat. Unde

In moral. viii se pte xx. utraque homo qualiter admirari nemini incredibi-
les admirari qualiter redire possis. Dura tamen
mens comprehendere quo videas, qui quo veneris
ignoras. Da potentiam creatori tuo quod comprehendere
non vales de temetipso. Dic enim quia tu extra
factus es, cum vero conclusum in eo creatus conspicis,
do, ne ergo de carnis tuae defectus vere prendere prius
de [illegible] quia minimum est Deo reparare quod erat, qui
creasse quod non erat.

De qualitate corporum post resurrectionem. Moral. li. xiiii. Capitulum xl^m

Redemptor noster unum quod in se ostendit,
nobis promisit, et quia membra sua sperantes
gloriam capitis, eam in fine mundi factum gestit in
nobis. Sed ecce resurrectionem audio, effectum tamen eiusdem re-
surrectionis exquiro. Credo namque quia resur-
recturus sum, sed nolo ut sua qualitatem sciendum esse
mihi est, utrum quidam subtili vel aereo, an in eo quo
morior corpore resurgam. Sed si in aereo corpore surrexero,
iam ego non ero qui resurgo. Nam quomodo vera est resurrectio
si vera non poterit esse caro? Aperta igitur ratio suggerit, quia si vera caro
non fuit, procul dubio vera resurrectio non erit, si caro resurgere
non poterit, quia vere non resurgit quod cecidit. Credendum
est igitur quia nequaquam corpus nostrum in illa resurrectionis
gloria erit impalpabile, aereis subtilius vel aere;
erit a subtile quod per effectum spiritualis potentiae, sed pal-
pabile per veritatem naturae. Unde et redemptor noster
dubitantibus de sua resurrectione discipulis ostendit manus et la-
tus palpanda, ossa carnemque praebuit dicens:
Palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa
non habet, sicut me videtis habere. Sed quia apostolus
cum scriptum sit: Caro et sanguis regnum Dei
possidere non possunt, qua ratione credendum est car-
nem veraciter resurgere? Sciendum est in sacro eloquio
quod caro dicitur iuxta naturam, aliter iuxta corruptionem vel
culpam. Caro quippe iuxta naturam, sicut scriptum est:
Hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea;
et Verbum caro factum est et habitavit in nobis. Caro
vero iuxta culpam, sicut scriptum est: Non permanebit
spiritus meus in hominibus istis, eo quod caro sunt. Et
sicut psalmista ait: Memoratus est quia
caro sunt, spiritus vadens et non rediens. Unde
et discipulis Paulus dicebat: Vos autem in
carne non estis sed in spiritu. Neque enim in carne non
erant, quibus epistolas mittebat; sed quia passio-
nes carnalium desideriorum vicerant, iam libe-
ri per virtutem spiritus non erant in carne. Quod ergo Pau-
lus dicit, quia caro et sanguis regnum Dei
possidere non possunt, carnem vult intellegi secundum culpam,
non secundum naturam. Unde et mox quia carnem secundum
culpam diceret ostendit subdens: Neque corruptio in-
corruptelam possidebit. In illa ergo caelestis regni
gloria caro secundum naturam erit, sed secundum passionis desideria
non erit, quia devicto mortis aculeo in aeterna in-
corruptione regnabit. Credimus ergo et fatemur car-
nem nostram post resurrectionem futuram, et eandem et
diversam: eandem per naturam, diversam per gloriam; eandem
per veritatem, diversam per potentiam. Erit itaque
subtilis quia et incorruptibilis, erit palpa-
bilis quia non amittet essentiam verae naturae.

Quod omnes ad iudicium veniunt postquam resurrexerunt. In moral. libri sexto decimo pro... Capitulum xli^m

Quod post resurrectionem mortuorum sint ad iudi-
cium venturi, testatur psalmista, qui de
Domino dicit: In conspectu eius procident omnes
qui descendunt in terram. In terram mortui non
spiritu sed corpore descendunt. In conspectu ergo Domini
procidunt qui in terram descenderunt, quia mortui ad
iudicium resurgendo veniunt, qui nunc in pulvere
putrescunt. Item cum venerit Dominus ad iudicium
mittatur. Per eundem psalmistam dicitur: Advo-
cavit caelum sursum et terram discernere populum suum. Mor. li. xxvi

90

per celos cum iustis accipimus, per terram vero pecca-
tores et reprobos designamus. Sed hii qui terrenis actibus
occupati elemosinarum et lacrimarum opere ad eter-
nitatem pervenerunt, celos itaque deus sursum advo-
cat, cum hii qui sua omnia relinquentes conversatio-
nem celestis vite tenuerunt, ad consedendum
in iudicio vocantur, atque cum eo iudices veniunt.
Terram quoque sursum vocat, cum hii qui terrenis acti-
bus obligati sunt, in eis tamen plus celestia
quam terrena lucra quesierunt, quibus dicetur: Hospes
eram et collegistis me, nudus et operuistis me.

Mor. li. xiiij

Quanto plus qui peccatis nunc eternum iudicem ce-
lebrantius sentiunt, sed agendo prius se testantur
quia nesciunt. Qui enim hic non formidat iudicem,
nec dum cognovit cum quanto turbine terroris
adveniet. Si enim pensare tremendi ponderis
examinis posset, diem ire utique timendo precaveret
et inadventionis districte suam prius appareat
placaret. Iratum namque tunc iudicis non vi cum
iudicem pre illo non erunt, sed precibus placatum,
cum non in illo tremendo sedet examine, et iudi-
cat, et placari non potest, quia sua furorum que diu
sustinuit tacens simul omnia reddet iratus. Hinc vere
est nunc timendus iudicem, cum nec dum iudicans
cernitur, cum diu sustinet, cum adhuc mala colit
que videt, ne ei semel iram in retributionem
ultionis extulit, tanto districtius in iudicio
sit, quanto diu iudicium diminuens expectavit.

Quod filius dei ad iudicandum sedebit. Mor. li. xxvj.

Ca^m^ 2^m^

Cum venerit filius hominis in maiestate
sua et omnes angeli cum eo, tunc sedebit
super sedem maiestatis sue. Sicut adhuc tunc
ipse hoc est tunc multa sua per summam sic diligenter
filiis evangelii gratia est collata per dominum. Ipse quippe
ad redemptionem iram veniens, novum nobis
testamentum condidit, sed de eisdem nos testa-
menta mandato discutiens, tunc etiam iudex
veniet. Erit quam tunc actor iudicii, qui nunc est
conditor evangelii, ut qui tunc districtus exa-
git quod nunc mansuetus iubet. Et nunc pacifice namque
reddit conspicuum, quod magis pius clementia
sua blandientes imponit, sed habens severitatem
exigunt. Et que dant cum mansuetudine precepta
exigunt cum terrore. Blande namque nunc
comparat eloquium domini mandata, sed erit aspera in
exactione sententie. Mansueta vero est ad
modicos vocantes, sed tunc districta veniente
est iustitia iudicans, eorum etenim est quod iuste
minimi mandati indiscussione preterierit
quo iudicibus constat, quia ipse dedit ecclesie quam
iudicat. Hinc est quod ipsa veritas per se dicit:
Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio.

Quod omnes sancti cum deo iudicabunt. Mor. li. x.
et in omelia ij super Ezech. Capitulum undecimum

Omnes sancti qui perfecte relinquerunt mundum
cum domino venient ad iudicium, et cuius ser-
vicio eius maiestati coniuncti, et simul cum eo fir-
mi iudices videbuntur, qui non solum propria mundi etiam
precepta sequuntur. Hinc est quod ipsis sanctis apostolis
dicitur: Vos qui reliquistis omnia et secuti estis me,
in regeneratione cum sederit filius hominis in sede
maiestatis sue, sedebitis super sedes xij iudicantes
xij tribus Israel. Liquet enim plus quam duodecim iudi-
ces illa venturi consessus causa non habebit, sed numero
duodenario una quantitas universitatis exprimitur, quia
cum formula divini amoris excitantis, sic possessa
relinquerit, illic proculdubio culmine iudiciarie pote-
statis obtinebit, ut simul tunc iudex cum iudice ve-
niat, qui in consideratione iudicii sese spontanea
paupertate castigavit. Hinc est enim quod de sancte ecclesie spon-
so per Salomonem dicitur: Nobilis in portis vir eius, cum se-
derit cum senatoribus terre. Hinc Ysaias ait: Dominus
ad iudicium veniet cum senioribus populi sui. Hinc se-
niores eosdem veritas non iam famulos, sed amicos
denuntiat, dicens: Iam non dicam vos servos, sed amicos
meos. Hinc dixit quod die iudicii iustos quisque qui ut
despiciat quanta potestate fulgeat demonstrat, ut cum cum
deo iudices veniunt, qui nunc iniuste pro deo iudica-
tur, tunc eorum super tanto latens emicat, quanto nunc
eos manus persequentium durius angustat. Tunc reprobo-
rum oculis patescet, quod celesti potestate subnixi sunt, qui
terrena omnia reliquerunt. Quotque enim nunc pro veri-
tatis amore se sponte lubricant, tot tunc mundi ma-
iudices cum Christo quasi lampades choruscantes. Quod

reprobi videbunt gloriam sanctorum in die iudicii. Mor.
li. x. Capitulum duodecim

Credendum est quod ante retributionem extremi
iudicii quosdam in requie iustos iniusti
conspiciant, ut eos videntes in gaudio, non solum
de suo supplicio, sed etiam illorum bono crucientur. Iudi-
ciorum iudicii iustos ad contemplandum eorum cruciatum
ipsi perducunt reprobi, ut ad maiora recauid sui sup-
plicia videant que perdiderunt gaudia, tunc magis
pudor et confusio cooperit, cum eos in conspectu iu-
dicis culpa testis adduxit, tunc iudex extremis dicitur
sed accusator intus tollitur, cum ante oculos omnis
culpa reducatur et mens super gehenne incendia
suo omnis igne cruciatur. De quibus per psalmistam voce
dicitur: Exaltetur manus tua, non videant; videant
et confundantur. Intellexit quippe reprobi ad nimia ut
observarent, sed tunc cognoscunt reatus, illuminat. Hec et
non sequendum vitam non videant, et tunc cum
postquam amiserint viderant. Tunc quippe etiam intelli-
gere neglexerunt, ut intellecta agere contempnunt.
Sed tunc ea intelligentes proculdubio desiderantes

et conspiciunt, cum assequi desiderata prodire conspici
nequaquam possunt. Quod deus separabit bonos a malis
in omelia super simile est regnum celorum [illegible] sa-
mul qui exiunt sermone. Capitulum .xxvij.

Ad statum etiam multa conveniunt. Sed ecce pave-
res implevimus, et tamen nemo nostrum se fore
quot sunt qui in illo electorum dei numerum grege
hic nulla fidelibus pravorum admixtione possunt
replebam in sancta fidelium iudicii in [illegible]
vam invenit. Hoc ovile se ecce recipit edos cum
agnis sed attestante evangelio cum iudex advenerit congre-
gabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eas ab
invicem, sicut pastor segregat oves ab hedis. Nequaquam
enim illic in ovium grege intrari possunt qui hic carnis
sue voluptatibus serviunt. Illic eos iudex separat ab
humilium sorte, qui se hic exaltant in cornibus
superbie. Regnum celorum percipere nequeunt, qui hic et in
celesti fide positi, toto desiderio terrena querunt. Quod
deus iudicii die in iudicio et tranquillus iustis et iratus ap-
parebit malis vel iniustis moralium libro .xxvj. Capitulum [illegible]

Creator omnium deus in extremo iudicio in quibus-
libet semetipso permanens, nulla mansuetudine ac
mutabilitate variabitur, sed tamen electis et reprobis nequaquam
sub eiusdem specie immutabilitatis ostenditur. Quin et tran-
quillus iustis, et iratus parebit iniustis. Et se n-
quillus iustis, et iratus parebit in iustis. Unde merito ei ex
conscientia intra semetipsos deserviunt, unde meriti eorum
eque iustum respiciant, sed non equaliter modus sentient
qui etiam scitis eum benignum ostendit, ac iratum iniustis
qui et ipsos eum trahit culpa, terrorum pavore quos exspectat
criminis tribulacionis culpa, sicut nunc quemque ex culpa
ceteri iniusti contingeret in ira se culpas trahit, et tamen
eum iustis contingeret intra se culpas tenet, et tamen
se iudicare iudicem iustum iudices. Sed tantum in ma-
in hac vita prius agnoscitur, ut de qualitate venturi
iudicis mortalium corda doceantur. Nam cum ad iudicem
iudicans mortalium corda doceantur. Nam cum ad eiusdem
peragunt, alius in vacante sibi conscit et alius culpe
ante platam sunt eius ad hunc tacentem iudicem neque
conspiciunt, et tamen culpe debitor quietem contra se in-
conspiciunt, et tamen culpe debitor quietem contra se in-
conspiciunt, eis ipsum iudicans silencium suspicantur, que mentem sibi
iustitiam quem ipsum iudicans silentium suspicatur, quem inimi-
cum non denunciat perturbatio iudicis, sed recordatio pri-
no denunciat perturbatio iudicis, sed recordatio pri-
tatis, quam et si adhuc foras necdum pena non clamat,
intus iam conscientia accusat. Et contra iusti animus
decernentis vel non conspiciat, sed intus de testimonio
bone recordationis hylarescat, et quo apud se quod
metuat non habet, omne quod erga semetipsum est blandi-
videt, quod propter psalmista deprecatur: Ne in die iudicii
in furore domini arguat, ut in eius ira corripi-
atur. Furor domini dicitur non perturbatio, sed sue
percessiones male sibi conscios examinatio iusta vindicte.
Examinis enim eum in iudicio tranquillum videant, ter-
ri se sentiendo ab ipso non dubitant, cum iniustis
motibus perturbari putantur. Quod libri aperientur
ad iudicandos mortuos moralium libro .xxiiij. Capitulum .ix.

Hinc futurorum iudicium dei iustorum vita, quoniam qui-
libet sua subtilitate deprehendere, nunc est enim bo-
norum bonorum. Unde eis enim in nullo hic deum iusti

in sacro eloquio liber nominatur, sicut in apocalypsi
a iohanne dicitur: Vidi mortuos magnos et pu-
sillos stantes in conspectu throni, et libri aperti
sunt, et alius liber apertus est, qui est vite, et
iudicati sunt mortui ex hiis que scripta erant
in libris secundum opera ipsorum. Liber vite est ipsa ve-
ritas iusto iudicis advenientis, in quo quia
scriptum est omne mandatum, quod quisquis eum
viderit mox teste conscientia quicquid non fecerit intelli-
git. Libri etiam aperti referuntur, quia iustorum tunc vita con-
spicitur, in quibus mandata celestia opere sic
expressa cernuntur. Et iudicati sunt mortui ex hiis que
scripta erant in libris, qui in aspectu vita iustorum
quasi in expansione librorum legent bonum quod agere ipsi no-
luerunt, atque dampnantur ex eorum comparatione quod
fecerunt. Hic quoque unusquisque tunc videns eos
quod ut fecit defleat, ut in eis quod minime atten-
dat, illorum videlicet species quondam forma nobis
ponitur imitanda, quia eum plenissime intelligi
appetat qualis est, tales nunc ipsorum conspicere qualis
non est, ut ex bonorum forma inveniatur quantum ipse
de se iusto bono deformis est. Ex hiis quippe qui-
bus plenissime bona sunt, prendit vere quam
sibi nimium sit et sua feditate in illorum conspicit
pulchritudine, quod in seipso scit perpetrari et non per-
tinuit. Quod hii qui adeptores erunt iudicandi
moralium libro .xxvj. Capitulum tricesimum

Cum deus in die iudicii statuit omnes
adeptores [illegible] hedos a sinistris, duo pro-
fecto erunt electorum scilicet et reproborum, sed bini ordines
eorundem singulis partibus continentur. Alii namque
non iudicantur et regnant, alii iudicantur et
regnant, alii non iudicantur et pereunt, alii
iudicantur et pereunt. Quippe quippe electorum non
iudicantur et regnant, qui etiam precepta legis
virtute perfectionis transcendunt, qui nequaquam
hoc solum quod cunctis divina lex precipit implere
contenti sunt, sed prestantiori desiderio plus
exhibere appetunt, quam preceptis generalibus au-
dire potuerunt, quibus voce dominus dicit: Vos
qui reliquistis omnia et secuti estis me, cum
sederit filius hominis in sede maiestatis sue,
sedebitis et vos super sedes duodecim iudi-
cantes duodecim tribus israel. Hii itaque in extremo iudici-
o non iudicantur et regnant, quia cum auctore
suo etiam iudices veniunt, relinquentes quippe
omnia plus praecepta devotione decimae excessi
sunt, quam [illegible] generaliter audierunt, specialiter namque
iussione paucis perfectioribus, et non generaliter dicitur
omnibus, quod adolescens dives audierat:
Vade vende que habes et da pauperibus, et ve-
ni sequere me. Sed enim sub hoc precepto cunctos
iussio generalis astringit, aliquid nos deserimus.

possidete. causa perfecto [illegible] aliud est [illegible] in parte [illegible] qui vero sub generali non tenentur iudicio, qui et praecepta generalia vivendo transcendunt. Sicut enim non iudicantur et pereunt qui suadente perfidia legem tenere contempnunt, ita non iudicantur et regnant qui suadente pietate etiam ultra generalia divinae legis praecepta perficiunt. Alii autem ex electorum parte iudicantur et regnant, qui vitae maculas lacrimis tergunt, qui mala praecedentia factis sequentibus redimentes, quicquid illicitum aliquando fecerunt, ab oculis iudicis eleemosinarum superductione cooperiunt, quibus iudex veniens in dextera consistentibus dicit: Esurivi et dedistis mihi manducare, sitivi et dedistis mihi bibere, hospes eram et collegistis me. Quibus promittit dicens: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Qua ergo causa [illegible] iudicium dominus per membra sua suscipit, in iudicio veniens suos susceptores recognoscet dicens: Quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Pensate fratres karissimi quanta sit virtus hospitalitatis, et ad hospitalitatis gratiam ne sitis pigri; hospitalitatem diligite, et opera caritatis amate. Praebete nunc Christo peregrino hospitium, ut nos in iudicio non quasi peregrinos nesciat, sed ut proprios recipiat ad regnum.

In omel. sup. duo ex discipulis ibant in castellum

Cum sit ergo quoque iudicium solerter agite, considerate, vobis intercessores quaerite, et advocatos vobis in die iudicii pauperes parate. Ecce pauperes vos rogant qui tunc pro vobis intercessores veniant. Certe nos eos rogare debuimus, et tamen rogamur; videte si negare debemus quod petimus, qui patroni sunt qui petunt. Nolite ergo nunc ipsa petere, nolite acceptare media dissimulare, cum supplicant de supplicio cogitate; cum pauperibus praestatis, ostendite ut hi quandoque quod habent dignentur, nullam reparari. Ad tribuendum pigri nequaquam esse debetis, quia hoc quod iacenti in terra porrigitis, sedenti in caelo datis, sicut ipsa veritas dicit: Quamdiu uni ex his fratribus meis minimis fecistis, mihi fecistis.

In omel. sup. homo quidam erat dives

De iudicandis reprobis assumptis capitulis xxvii. Capitulum xvii.

Sicut pars electorum duos ordines habet, sic reproborum duos ordines continet. Alii namque non iudicantur et pereunt, alii iudicantur et pereunt. In extremo quippe iudicio non iudicantur et pereunt, de quibus dominus dicit: Qui non credit iam iudicatus est. Et de quibus Paulus ait: Qui sine lege peccaverunt sine lege peribunt. Et de quibus psalmista ait: Ideo non resurgunt impii in iudicio. Resurgent quippe causa omnes infideles, sed ad tormentum, non ad iudicium. Eorum causa tunc discutitur qui ad conspectum districti iudicis iam cum damnatione suae infidelitatis accedunt. Professionem vero fidei retinentes, sed professionis opera non habentes redarguuntur ut pereant. Qui vero nec fidei sacramenta tenuerunt, increpationem iudicis in extrema examinatione non audiunt, quia iam infidelitatis suae tenebris praeiudicati, eius quem despexerant invectione non merentur redargui. Illi saltem verba iudicis audiunt, qui eius fidei saltem verba tenuerunt; isti in damnatione sua iudicis aeterni nec verba percipiunt, qui reverentiam eius nec verbotenus servare voluerunt. Illi legaliter pereunt qui sub lege positi peccaverunt; isti in perditione sua de lege nihil audiunt, quia nihil legis habere conati sunt. Princeps namque terrenam rempublicam regens aliter punit civem intus delinquentem, atque aliter hostem exterius rebellantem. In illo iura sua consulit, cum eum subdit dignae animadversioni; contra hostem vero bellum movet, instrumenta perditionis exquirit, malitiae eius digna retribuit tormenta, de malo non eius quid lex habeat non requirit. Neque enim lege necesse est perimi, qui lege numquam potuit teneri. Ita ergo in extremo iudicio et legales illum invectio perimit, qui ab eo quod professi tenuerunt actione declinant, et expertes fidei invectione puniuntur, qui legem fidei non tenent. Alii autem ex parte reproborum iudicantur et pereunt, quibus in clamatione dominica dicitur: Esurivi et non dedistis mihi manducare, sitivi et non dedistis mihi bibere, hospes eram et non collegistis me. Quibus promittit: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius.

In pas… ex…

Omnes ergo adhuc qui aliena invadunt rapaces, quod dominus in iudicio reprobis dicat sollicite debent audire. Nequaquam enim reprobi quia rapinas vel quaelibet alia violenta commiserunt redarguuntur, et tamen ignibus gehennae mancipantur. Hinc ergo colligendum est quanta damnatione plectendi sint qui aliena rapiunt, si tanta animadversione feriuntur qui sua indiscrete tenuerunt. Perpendant quo eos obliget reatu res rapta, si talis subiciat poenae non tradita. Perpendant quid illata mereatur iniustitia, si tanta percussione digna est pietas non impensa.

De capitatione diaboli in infernum cum reprobis eorum capitulum xxxviii. Capitulum decimum octavum.

Expleto iudicii die, exeunte iudice cum terribili apparatu caelestibus legionibus angelorum, assistente cuncto caelestium ministrorum? exercitu atque civibus caelestibus ad hoc spectaculum deductis, [illegible]

hostis diabolus/ belua videlicet crudelis et spiritus in iure diu captivans deducatur/ et cum suo ore i. cum reprobis omnibus eternis gehenne incendiis mancipabitur/ cum audiunt dicentem/ Discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius/

Qualis erit illud spectaculum/ quando hec immanissima belua electorum oculis ostendetur/ que hic belli tempore inimicos eos terrere poterat/ si videretur sed occulto ac nimio dei consilio agitur/ ut et nunc prius gravem aspicientibus non nisi vincatur/ et tunc aliis victoribus iam captiva videatur/ tunc enim iusti dei adiutorio quantum debitores sint recognoscunt/ qui tam fortem beluam vident quam infirmi vicerunt/ et in hostis sui conspiciunt immanitate quantum debeant defensori suo/ Videbunt enim tunc de hoc prelio iam securi electi eterna receptacula residentes/ et celestibus receptis cum iam in illo iudicio statuuntur interius regni celestis sponsis in maxillas iniecit hunc antiquum hostem viris aspiciunt/ ne inde estimaverit quod evaserunt/ Et videntibus cunctis perpetrabitur quod vis amoris eius tunc quam dura exhibetur/ cum tolerari iusta nunc iustis cotidie incunctabilibus bellum movet/ permittente enim deo electos eius in hac vita invenire noles temptat/ et temptando nescius probat/ in illa vero patria superna iustos celesti felicitate pollentes nequaquam temptare permittetur/ sed ante corporales et intus gehenne ignibus mancipabitur/ Cum suo autem reprobis videlicet omnibus flammis ultricibus tradi iussus sine fine in eis cruciabitur/ Et quos cruciat dum iusti conspiciunt/ inde in laudibus crescunt/ quia et in se cernunt bonum quod remunerati sunt/ et in illis inspiciunt supplicium quod evaserunt/ Tanta enim tunc pulchra erit universitas/ dum et gehenna iuste cruciat impios/ et eterna felicitas iuste remunerat pios/ sicut enim niger color in pictura substernitur/ ut albus vel rubeus superiectus pulchrior ostendatur/ ita malos bene ordinans deus/ felicioria exhibet gaudia bonorum/ ostensis a corporalibus suppliciis reproborum/ et quamvis illud eorum gaudium exhibitione diuturna non sit quod crescat/ magis tamen creatori suo se debitores esse sentiunt/ qui et bonum cernunt quod iuste remunerati percipiunt/ et malum quod adiuti misericorditer evaserunt/ Exemplum hic sit et de igne eius in iiii° libro Dial.

Capitulum decimum nonum

Nonnulli nequaquam fratrum prope infernum esse putaverunt/ alii vero hunc sub terra esse estimant/ sed tamen hoc animum pulsat/ quod si recte infernum dicimus quia inferius iacet/ quod ad celum terra est hoc inferius debet esse terra/ unde et fortasse per psalmistam dicitur/ Liberasti animam meam ex inferno inferiori/ ut infernus superior terra/ infernus vero inferior sub terra esse videatur/ et ei huius rei nostra estimatio concordat/ quod Iohannes signatum librum vii sigillis se vidisse dixerit/ adiunxit/ quia nemo dignus inventus est neque in celo neque in terra neque subtus terram aperire librum et solvere signacula eius/ Cum ergo ad solvendum librum nullus subtus terram inventus dignus esse dicatur/ quid obstet non video/ ut subtus terram infernus esse credatur. Quomodo [Mor. lib. xv°] autem infernus cum sit corporeus/ et incorporales spiritus cruciabit/ nec humano studio succenditur/ nec lignis nutritur/ sed creatus semel durat inextinguibilis/ et succensione non indiget/ et ardore non caret/ omnipotentis enim iusticia futurorum presciа/ ab ipsa mundi origine ignem gehenne creavit/ qui in pena reproborum esse semel inciperet/ sed ardorem suum sine lignis nunquam finiret. Est [Mor. lib. ix°] sciendum est quod natura cum ignis est/ ut ex se ipso et lucem exhibeat et concremacionem/ sed transactorum ultrix illa flamma/ maiorem concremacionem habet/ et lumen non habet/ Unde est quod veritas reprobis dicit/ Discedite a me maledicti in ignem eternum/ quorum rursum unum corpus in una persona significatus dicit/ ligate ei manus et pedes/ et mittite eum in tenebras exteriores/ si itaque ignis qui reprobos cruciat lumen habere potuisset/ is qui repellitur nequaquam in tenebras mitti diceretur. Testimonium dialogi cum reprobis in inferno Mor. lib. xv°

Capitulum vicesimum

Omnes quidem ab inferni claustris semel fuerunt recepti/ stabiliter ibi tenebuntur in perpetuum/ Quod neque unde discuti/ et quos penitus semel ipsa claustra ceperunt/ nequaquam pena transitoria vel fantastica ymaginacione cruciat/ sed ulcione tunc debiti perenne dampnacionis concipiant/ Cessans enim ad tollenda inferni mala descendit/ nequaquam ad lucem ulterius reddibitur/ quia nequaquam ulterius vita poenis liberat/ quos semel in locis penalibus iusta iudicia dampnat/ tunc enim ignis eorum flamma comburit/ quos nunc carnalis delectacio polluit/ tunc infinite patens inferni baratrum devorat/ quos inanis elacio nunc extollit/ atque qui quolibet ex vicio voluntate

culpa callidi persuasoris hic expleverunt, tunc cum duce suo reprobi ad tormenta pervenient, et quamvis angelorum atque hominum longe sit natura dissimillima, tamen pena implicat, quos unus in crimine reatus ligat. Ille enim apostata angelus qui conditorem suum despiciens per elationem cecidit, multos ad culpam pertraxit, et cum tanta sua multitudine ad claustra descendet inferni, et in quorum mentibus hic per desideria mala requievit, hos sibi postmodum per tormenta iunget, et quia hic in penetralibus reproborum malignus spiritus illorum cordibus se infudit, tunc cum ipso in perpetuum ardebunt omnes.

Greg. li. xv° Et qui ex anima simul et carne peccaverunt, illic in anima simul et carne cruciabuntur. Ubi namque retributionis meritis expressius recipiunt, qui et cogitando intus, et operando deliquerunt. Cum ergo apparuerit iudicium, ab illius visione corporum multitudo repellitur, et intus per dolorem ardet conscientia, et foris carnem cruciat gehenne ignis. Peccatores quippe cruciantur in corpore, et per dolorem ardebunt in mente.

Greg. li. xv Iustum quippe enim ut qui actioni sue corde et corpore deliquerunt, simul corde et corpore puniantur, et ubique penas sentiant, qui dum hic viverent pravis suis delectationibus ex utroque serviebant. In ipsis itaque membris quibus desideria voluptatis expleverunt, ut tunc eos undique dolor absorbeat, qui nunc suis delectationibus subditi undique contra iustitiam iuste iudicantis pugnant.

Quod pares in peccatis pariter in tormentis similibus sociabuntur. Gregorius libro ix° et dialogorum libro iiii° Capitulum xxi

Sicut in domo patris mansiones multe pro diversitate virtutis, sic damnatos diverso supplicio gehenne ignibus subicit disparilitas criminis. Quia enim summa tormentorum dinumeret arcta meritorum, nequaquam index veniens indicat, qui se in die iudicii dicturum messoribus perhibet esse dicturum: colligite zizaniam et ligate ea fasciculos ad comburendum. Messores quippe zizania ad comburendum in fasciculis ligant, cum pares paribus in tormentis similibus sociant, ut superbi cum superbis, luxuriosi cum luxuriosis, avari cum avaris, fallaces cum fallacibus, invidi cum invidis, infideles cum infidelibus ardeant. Cum ergo similes in culpa similia ducuntur ad tormenta, quia eos in locis penalibus angeli deputant, quasi zizaniorum fasciculos ad comburendum ligant. Iustum est enim hos qui ex uno igni sunt cremandi, pares paribus sociare, ut quos culpa similis inquinat, par etiam pena constringat, et qui nequaquam dispari sunt iniquitate polluti, nequaquam tormento crucientur dispari, quatenus simul damnatio conterat, quos similis elatio sublevabat, quos non dissimiliter dilatavit ambitio, non dissimilis angustet afflictio, et par cruciet flamma supplicii, quos igne libidinis par succendit flamma peccati.

Quod non uno modo culpe omnes cruciabuntur in igne. Gregorius libro ix° Capitulum vicesimum secundum

Unumquemque damnatum non eodem modo omnis eterna retributio sequetur ultionis, sicut scriptum est: potentes potenter tormenta patientur, et fortioribus fortior instat cruciatio. Quamvis ergo gehenna cunctis una sit, non tamen cunctos una eademque qualitate succendit. Etiam sicut uno sole omnes tangimur, non tamen sub eo uno ordine omnes estuamus, quia iuxta qualitatem corporis sentitur etiam pondus caloris, sic damnatis et una gehenna est que affiat, et tamen non una omnes qualitate comburit, quia quod hic agit dispar valitudo corporum, hoc illic exhibet dispar causa meritorum. Iuxta quem modum culpe pena distinguitur, et secundum modum criminis unusquisque damnatus in fine igne cruciabitur.

Quod reprobi secum videbunt in tormento quos dilexerunt in seculo. Gregorius libro iiii° Capitulum 23

